x 1976174

Ve 1066

QK. 183. (11)

DEI TER OPT. MAX. AUXILIO

ac

# MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS GRATIA.

PRÆSIDENTE

VIRO

*Nobiliſſimo, Conſultiſſimo atque Excellentiſſimo*

## DN. GEORGIO ADAMO

Struven / Hæreditario in Uhlſtädt / JCto & Anteceſſore celebratiſſimo, Conſiliario Saxonico, Curiæ Provincialis, Scabinatus & Facultatis Juridicæ in inclytâ hâc Salanâ Aſſeſſore ac Seniore ſplendidiſſimo,

*Dn. Doctore ac Promotore ſuo ætatèm colendiſſimo,*

# HEERGEWETTAM SAXONICAM

*Ad d. Octobris.*

H. L. Q. C.

*Publicæ diſquiſitioni exhibebit*

DAVID Hübler / Chemnicenſis.

*JENÆ*

Literis JOHANNIS NISII,

Anno MDCLXII.

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39670-p0001-0

DFG

*Q. D. B. V.*

CUm Jurisprudentia ſit vitæ ac ſalutis communis dux, civitatum moderatrix, rerum agendarum ac vitandarum ars & ſcientia, ac ſine ea nulla humani generis ſocietas conſiſtere queat; *Caſp. Glock. de Contribut. cap. 15.* ejusque ſtudium exinde ita tractandum veniat, ut procul remotis inutilibus ac ſupervacaneis ea præprimis, quæ in uſu quotidiano frequentius occurrunt, plenius ac diligentius attingantur, diſcutiantur ac obſerventur: turpe autem habeatur antiqua & peregrina ſcire, hodierna verò & patria ignorare jura, *arg. l. neceſſarium. §. Servius. 43. ff. de Orig. Jur. l. legavi. 25. pr. ff. de liberat. leg.* Certè nec noſtrum Jus Conſvetudinarium Saxonicum, ſingulare illud harum Provinciarum Privilegium, *Gl. ad art. 3. lib. 1.* Landrecht. *Joh. Schneidvv. ad Tit. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. def. Rubr. de tertio ord. ſucced. n. 14.* quo Judicia ac Tribunalia noſtra quam maximè gaudent, in ultimis ponendum aut planè negligendum erit, præſertim cum non tantum Juri Civili Cæſareo in multis deroget, *Dn. Hahn. ad Weſenb. ff. de donat. inter vir. & ux. n. 5. p. 2. pag. 256.* ac in pluribus differat; *Reinhard. Fachſ. & Zobel. in differ. Jur. Civ. & Sax. paſſim.* verum etiam de quibusdam materiis, v. g. Gerade / Heergewette / Morgengabe / Leibzucht / Mußtheil / quæ jure communi maximâ ex parte ignorantur, variè diſponat. Quantumvis autem Leges Saxonicas in ſcripturam redactas Oraculi inſtar nec habendas nec adorandas eſſe, inficias non eamus; Majores etiam noſtri, cumprimis Sereniſſimi Saxoniæ Electores, Juris hujus ſupremi Protectores ac defenſores, *Georg. Schulz. in proleg. ad Inſt. Tit. de orig. Jur. Sax. circa fin.* ſanioribus rationibus moti, jampridem ab illis, in pluribus caſibus declarando eas, ac ad æquitatis & Juris communis normam reducendo, receſſerint,

*Matth. Coler. de Proceſ. Execut. in præfat.* adeò ut in judiciis eatenus duntaxat, quatenus ſcilicet conſvetudine comprobantur, juris autoritatem obtineant, earundemque cognitio ex uſu magis, vulgatâque Judiciorum diſciplina, quam ex verbis ſcriptis tantum comparetur, *Hartm. Piſtor. lib. 1. quæſt. 16. n. 11. & lib. 2. quæſt. 25. n. 35. & quæſt. 26. n. 18. Andr. Knichen. in Comment. ad Jus & privileg. Ducum Sax. verbo: JUS. cap. 3. pag. 253.* ac proinde de Communis Patriæ conſvetudinibus, pro diverſitate locorum ab invicem multum diſcrepantibus certi quippiam in medium proferre non minus laborioſum, quam de veritatis firmitate ſuſpectum exiſtimetur; Confidimus tamen nos operam haut omninò luſuros, ſi in HEERGEWETTÆ ſive Rerum Expeditoriarum nominatiſſimam & Jure Cæſareo prorſus incognitam materiam, *Wehner. obſ. Pract. verbo*: Heergewette. *Matth. Berlich. p. 3. concluſ. 17. n. 23.* quantum quidem ingenii tenuitas concedet, hac vice diſquiramus. Ad quod etiam remotâ ulteriore verborum ambage accingimur, Supremum Numen, ut ſuppetias benigniſſimè veniat, ſuppliciter venerantes.

## CAPUT PRIMUM.

### *Sectio Prima.*

IN natales vocabuli Heergewettæ, quod cum aliis quibusdam origine ac uſu Germanicis voculis, ut ſunt Gerada, Morgengaba, Werigeldus, Latino Charactere expreſſum legitur, ac aliàs ratione idiomatis cujusvis Provinciæ modò Heergeräthe/ modo Heergeweide/ modo Heergewand & Heerwode appellatur, ut diutius inquiramus, operæ precium vix ducimus. Ultrò ſiquidem occurrit illud componi ex ſatis abundè notâ voculâ Heer & Gewette. Quam poſteriorem, quantumvis alioqui deducatur à veteri Saxonico Wetten / h. e. multare, atque idem quod multa denotet; *Chriſtoph. Beſold. Theſſ. Pract. verbo:* Wette. *pag. 518.* hic nihil aliud quam cingulum, vel veſtes etiam militares ſignificare, docet *Gl.* in Lehnrecht. *cap. 56. n. 8. ibi.* Darzu ſein Gewette / daß iſt / ſein Gürtelgewand. *add. Georg. Beati. p. 2. ſentent. miſcell. Sax. Tit. 12. cap. 1.* Unde etiam dicimus, quod Heergewetta ſive Res Expeditoriæ ſint ſupellex illa, quæ ad militem,

litem, vel quemvis alium, qui militarem molitur expeditionem, armandum requiritur. *Gl.* in Lehnrecht. *d. cap. 56. n. 8. Gl.* in Landrecht. *lib. 1. art. 22. verb.* So ſoll die Frau, *& art. 27. verb.* welcher Mann. *Gl.* in Weichbild. *art. 25. n. 1. ibi.* und Heergewette iſt. *Dn. Hahn. ad Weſenb. ff. de ſupell. legat. n. 4. verb. Geradæ. pag. 443. Magnif. Dn. Carpz. p. 3. Conſt. 38. def. 23. n. 1.* De earundem origine ſtatuere quippiam certi vix ſuſtinemus. Sunt tamen, qui ad Henricum Imperatorem, Aucupem dictum, eam referant. Hunc enim, cum in campis Martisburgenſium A. C. 933. Vere adoleſcente numeroſiſſimum Hunnorum Exercitum, acerrimo prælio devictum profligaſſet; præcipuum autem Nobilitatis Saxonicæ florem fervidè pugnando amiſiſſet, ac ideò Viduis Nobilium ſuperſtitibus in ſolatium extinctorum maritorum Privilegium illud ſingulare Geradæ Saxonicæ (quæ qualis ſit & quas res contineat, faciunt palam *Textus* in Landrecht. *lib. 1. art. 24. & Gl. ibid. &* in Weichbild. *art. 23. & Gl.* in Lehnrecht. *cap. 56. n. 8. Hartm. Piſtor. lib. 1. quæſt. 31. & ſeqq.* Rotſchütz *Tract. de dotalit. art. 10. & ſeqq. Chriſtoph. Zobel. p. 3. differ. 2. & ſeqq. Georg. Beati. d. p. 2. Tit. 17. cap. 1. & ſeqq. Andr.* Goldbeck. *Tract. de Succeſſ. Geradæ Sax. per tot. Magnif. Dn. Richter. Tract. de ſucceſſ. ab inteſt. Sect. 1. membr. 1. n. 60. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. Conſt. 13. def. 1. & ſeqq. & Conſt. 14. def. 1. & ſeqq. & part. 3. Conſt. 30. def. 13. 15. & ſeqq.* & alii JCti non infimæ caveæ complures.) gratioſiſſimè conceſſiſſet; Nobilibus, qui ex prælio ſupererant, & quibusdam ſpectatæ virtutis Viris, in ordinem Nobilium eodem tempore allectis, largitum eſſe ajunt Jus Heergewettæ, tum ut animos illorum ad præclara quæque facinora militaria ulterius obeunda inſtigaret, tum ut inæqualitatem quadantenus fugeret. Iniquum ſiquidem fuiſſet viſum, ſi loco Geradæ, Morganaticæ, Cibariorum, aliarumque præeminentiarum ſexui ſequiori conceſſarum, nihil præcipuum haberet potior, Rotſchütz. *d. Tr. art. 21. n. 1.* eo præprimis tempore, quo militiæ onus neceſſariò eſſet ſubeundum. Factum exinde, ut geniti Patre Avoque milite (quos Jus Saxonicum appellatione Nobilium ſolum dignatur, Rotſchütz. *d. Tr. art. 22. n. 15. Reinhard. p. 3. differ. 30. Matth. Coler. p. 1. deciſ. 203. n. 27. per text. ibid. alleg.*) hoc ſingulare jus ſibi ſo-

lummodo vendicaverint, *Magnif. Dn. Richter. d. membr. 1. n. 54. pag. 131. & Sect. 3. membr. 1. n. 107. Dn Carpz. p. 3. Conſt. 38. def. 24. n. 1.* Plebejis ac ruſticis penitus excluſis *per text. expreß* in Land-recht. *lib. 1. art. 27.* Welcher Mann von Ritters Art nicht iſt / und des Heerſchildes nicht hat / der leſt nach ſich allein Erbe zunehmen/ wenn er geſtierbt und kein Heergewette. *Reinhard. p. 1. differ. 28. Coler. p. 1. deciſ. 42. n. 3. Georg Beati. d. p. 2. tit. 12. cap. 19.* Quippe qui ſtudio agriculturæ conſecrati raſtra potius quam caſtra meditari ac ſequi, & proinde nec in militiam ſuſcipi debeant. *l. cura. 3. C qui milit. poß. l. colonos 18. & l. ſeq. C. de agricol. & cenſit.* Veruntamen temporis ſucceſſu, Nobilibus juri ſuo tacito aſſenſu quodammodo renunciantibus, ac cuivis ignobili ac plebejo eodem uti privilegio permittentibus, evenit, ut non ſolum inter Cives, ſed ruſticos quoque transmiſſio ac petitio Rerum Expeditoriarum ubivis ferè locorum in Provinciis Saxonicis conſvetudine introduci, longoque uſu confirmari cœperit: *Zobel. in addit. ad Gl. Germ* Landrecht. *lib. 1. art. 27 verb.* welcher Mann. Rotſchütz. *d. art. 22. n. 16. Lud. Fachſ. differ. 21. §. fin. Coler. p. 1. deciſ. 203 n. 21. Magnif. Dn. Richter. d. ſect. 3. membr. 1. n. 108.* ita ut quilibet, dummodo non ſit Clericus, aut ſpeciali lege prohibeatur, easdem licitè hodiernis moribus petere queat, eadem plane ratione, quâ plebejæ mulieres Geradam, *Weſenb. in not. ad Schneidvv. d. tit. Rubr. de ſucceß. inter vir. & ux. n. 56. lit. R.* niſi quod hæ reſpectu cognationis, illi verò agnationis intuitu hoc jure utantur. *Gl.* in Weichbild. *art. 25.* Rotſchütz. *d. Tr. art. 23. n. 2. & 12.* Goldbeck. *d Tr. cap. 5. tit. de ſucceß. cognat. transverſ. n. 23. pag. 142. Coler. de Proceß. Execut. p. 1. cap. 3. n. 257. Berlich. p 3. Concluſ. 17. n. 23. & 24.*

*Sectio Secunda.*

PRogrediendum jam ulterius, &, quænam res ſub Heergewettæ appellatione veniant, contemplandum. Easdem verò exprimere conantur textus non adeò concordes in Landrecht. *lib. 1. art 22. &* Weichbild. *art. 25. & Gl.* in Lehnrecht. *cap. 56. n. 8.* Et ex pronunciatu quidem Superiorum Saxoniæ Dicaſteriorum, quæ *in d. art. 25.* Weichb. recenſentur, in Heergewettam communiter computantur. Goldbeck. *d. cap. 5. Tit. de ſpec.*

quas

*quas uxor. Gerad. n. 4. Coler. d. deciſ. 203. n. 8. Schneidvv. d. tit. Rubr. de ſucceß. inter vir. & ux. n 53. Ambroſ. Schurer. Tr. de ſucceß. ab inteſt. Tit. 4. pag. 27. Magnif. Dn. Richter. d. ſect. 1. membr. 1. n. 56. Dn. Carpz. lib. 1. tit. 9. Reſp 96. n. 4.* Verum, cum Statuta & conſvetudines locales meritò ubivis ad ungvem & literam ſint obſervandæ, Goldbeck. *d. Tr. cap. 2. num. 15. & ſeqq. Webner. Obſ. Pract. verbo:* Gewohnheit. *pag. 229. Joh. Köppen. Decad. 1. quæſt. enucl. 7. n. 39. & 82. Dn. Richter. Tr. de jure ac privileg. credit. cap. 2. membr. 1. n. 58.* dum juri communi & generali Provinciæ conſvetudini derogant, *§. jus autem. 1. Inſt. de I. N. G. & C. Nicol. Honthem. de fide inſtrument. cap. 7. num. 16. & ſeq. Hartm. Piſtor. lib. 1. quæſt. 32. n. 6.* ac illius vicem, ubi in viridi conſervantur obſervantia, ſupplent ac obtinent, *§. ſine ſcripto. 9. Inſt. d. tit. l. de quibus 32. ff. de legib. Andr. Fachin. p. 1. controverſ. jur. lib. 2. cap. 101.* adeoque vel ipſos extraneos ibidem ſubſiſtentes ligant; *Rutger. Rulant. de Commiß. p. 2. lib. 5. cap. 5. n. 14.* Ex ſtatutorum autem mira diſcrepantia etiam res illæ multimodè variare ſoleant, ac modo majore, modo minore numero tradantur, *Dn. Hahn. ad Weſenb. ff. de ſupellect. leg. n. 4. verb. Geradæ. pag. 443. Dn. Carpz. d. Reſp. 96. n. 2.* vix unquam certæ regulæ includi poterunt. Hinc Dreſdæ vigore *cap. 8. §.* zum Heergeräthe. *1. pag. 31.* Statutorum à Sereniſſimo Electore Johanne Georgio II. clementiſſimè d. 1. Martii. A. 1660. confirmatorum pertinet ad Heergewettam des Mannes Pferd geſattelt und gezaumet/ ſein Schwerdt oder Degen/ ſein beſter Harniſch/ welchen Er gehabt zu ſeinem Leibe mit aller zugehöhr/ doſern er nicht zum Hauſe verordnet/ ein Armbruſt mit aller Zugehöhrung/ ſeine tägliche Kleider/ ein Ober und Unterbette nechſt dem beſten/ ein Hauptküſſen/ zwey Leilach oder Bettücher/ ein Tiſchtuch/ ein Meßing oder Küpffern Becken/ eine zienerne Schüſſel/ eine Handquelen/ und ein Keſſel oder Fiſchtiegel. Jure verò Weichbildi Cizenſis Statutario, à Julio Epiſcopo A. 1562. gratioſe confirmato, longius illinc receditur; utpote quod *art. 26. Tit.* vom Heergewette. ſolummodo poſtulat daß mann dem nechſten Schwertmagen/ aut eo deficiente, dem Rathe in den gemeinen Beutel/ *per art. 27.* allein des Mannes tägliche Kleider/ nemlich einen Rock/ Hoſen/ und Wammes folgen/ und den auffgeſetzten

Har-

Harniſch bey dem Hauſe bleiben laſſen ſolle. Alibi porrò, cùm- primis in Weſtphaliæ ac Miſniæ quibusdam locis illæ contrariâ ratione, immane quantum! augentur, ut præter optimum equum ac ſingula veſtimentorum, armorumque, quæ defunctus poſſedit, genera in numerum quoque veniant armillæ, phialæ, lagenæ, riſci, ſiciliculæ itidem, atque, ſi vita functus manuariam exercuerit, præcipua inſtrumenta ejus mechanica. Quin & annulum pronubum in earum computum alicubi ceſſiſſe memini. Quam Civium luxuriem Ruſtici etiam compluribus in locis ſtrenuè & pari greſſu ſunt ſecuti, quippe qui recenſitâ *in art. 22. lib. 1.* Landrecht. vulgari Heergewettâ non contenti etiam haſtas, ſecures, bombardas, tribulas ferreas, plauſtrum ab optimo ſecundum, helcia, catenas, ſufflamina & alia quædam ferramenta & ad agriculturam quadantenus neceſſaria inſtrumenta petere haut vereantur. Quapropter cum res uſibus expeditionem molientium deſtinatæ, & præprimis res mulierum Geradicæ inſaturabili avaritiâ ac turpilucri cupidâ hominum aſtutiâ in immenſum non nunquam adauctæ legitimis etiam hæredibus ac creditoribus defuncti viſendum multoties pepererint incommodum, variisque litibus & ancipitibus certaminibus benignas præbuerint cunas, hautquaquam mirandum, ſi in pluribus jure Saxonum utentibus Provinciis vel prorſus non ſuſceptæ, vel certè gravibus de cauſis exeſſe poſtea juſſæ fuerint. Teſtatur Ducatus Lunæburgicus, ex quo profligatæ per Illuſtriſſimi Ducis Chriſtiani Ordinationem Politicam Tit. 26. verb. daß hinführo in unſern Fürſtenthümen und angehörigen Graff- und Herrſchafften durchaus kein Heergewette/ Frauen Geräthe oder Mußtheil gezogen werden ſol. Teſtantur Ducatus Wolferbytanus & Calenbergicus, ex quibus penitus exploſæ per peculiarem Illuſtriſſimi Ducis Friderici Ulrici Conſtitutionem ſub dato Wolffenbüttel am 8. Julii An. 1625. ibi. So haben wir vor nützlich geachtet/ das Heergewette und Gerade neben dem Mußtheil durchaus abzuſchaffen: Inmaſſen wir es hiermit/ unſern getreuen Unterthanen allein zu gute und Auffnahm abgeſchaffet. *vid. Dn. Hahn. ad Weſenb. ff. de donat. inter vir. & ux. num. 5. verb. ego malim indiſtinctè. pag. 256. & ſeq.* Teſtatur

Duca-

Ducatus Vinarienſis, *Magnif. Dn. Richter de ſucceſſ. ab inteſt. ſect. 1. membr. 1. n. 60.* Northuſa. *Dn. Joh. Titius, Tr.* von erörterten *Succeſſion* und Erbfällen. *pag. 11.* Sangerhuſa, *Volckman, part. 4. cap. 27. n. 25.* adeoque major pars Thuringiæ & loca quædam in ipſa Miſnia, in quibus communi voto abrogatæ in deſvetudinem abierunt.

*Sectio Tertia.*

QVantum verò ab invicem diſtent Heergewetta & res illæ, quæ vulgô der Heerpfuchl ſive culcitra & lectulus militaris indigitantur, & marito plerumque ab uxoris præmortuæ Cognata plenam Geradam capiente, vel mariti prædefuncti Agnato proximo ab uxore ſuperſtite & quidem reverentiæ ac honeſtatis cauſa relinqui aſſolent, Rotſchütz. *d. art. 22. n. 4. & 5.* Goldbeck. *d. cap. 5. Tit. de ſpecieb. quas ux. Gerad. n. 15. Coler. p. 1. deciſ. 60. n. 43. & 51.* inde pateſcit, quod tanquam pars & totum differant. Goldbeck. *d. tit. n. 3.* Culcitram enim militarem Heergewettæ ineſſe, ſatis dilucidè indicat *Text. art. 25.* Weichb. ubi, quænam ſpecies ſub ejus appellatione ſint accipiendæ, declaratur, atque majoris perſpicuitatis gratiâ à cæteris per Parentheſin ſegregantur. Verba ſunt: Und ein Heerpfühl (daß iſt / ein Bette / ein Küſſen / und zwey Leilache /) ein Becken. &c. vid. Goldbeck. *d. n. 35. & ſeqq.* ubi iis, qui præter dictas ſpecies alias etiam culcitræ militari annumerant, pluribus reſpondet.

## CAPUT SECUNDUM.

*Sectio Prima.*

VIſis hiſce dicendum porrò de Transmittentibus Heergewettam. Qui verò illi eſſe debeant, non obſcurè colligi poteſt ex verbis expreſſis in Landrecht. *lib. 1. art. 27.* §. ein ieglich Mann. manifeſtum reddentibus, quod ſolum maſculi Nobiles, ſive qui Patre Avoque milite ſunt geniti, eandem ad proximos Agnatos transmittant; *Coler. p. 1. deciſ. 42. n. 3. Reinhard. p. 1. differ. 28.* reliqui verò plebeji & militari cingulo carentes tantummodò hæreditaria relinquant. Goldbeck. *d. tit. n. 8.* Rotſchütz. *d. art. 22. n. 13. & ſeq. & art. 29. n. 34. & 35.* Veruntamen cum longo uſu confirmata conſvetudo introduxerit, ut ubivis ferè in hiſce Provinciis etiam inter ruſticos & plebejos hodiernis mo-

 ribus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39670-p0009-8

ribus licitè frequentetur; *Magnif. Dn. Carpz. p. 3. Conſt. 38. def. 24. n. 5. & ſeq.* Nihil obſtare putamus, quo minus dicamus, omnes
omninò Nobiles & plebejos, nullâ ætatis, ordinis ac conditio-
nis habitâ differentiâ, relinquere & ad agnationis proximitate
junctos transmittere poſſe Heergewettam certam, eamque u-
nicam tantum, etiamſi quis multa in diverſisque locis ſita bona
poſſederit, *Dn. Carpz. lib. 1. tit. 9. Reſp. 96. n. 17.* ac, dum vixit, plu-
res Heergewettas adeptus fuerit. *Volckman. p. 4. cap. 27. n. 21.*
ut tamen ſeculares exiſtant, neceſſariò requirimus. Clericos
enim excipi, &, quamvis loco Heergewettæ ad Geradam ma-
ternam alioquin admittantur, Rotſchütz. *d. Tr. art. 14. n. 13. & ſeqq.*
præter res hæreditarias nullas alias relinquere teſtantur clara
verba *art. 5. lib. 1.* Landrecht. *ibi.* denn es wird alles zu Erbe geſchla-
gen / was er nach ſich verläſſet. *Volckman. d. cap. 27. n. 5.* Goldbeck.
*d. tit. n. 12. Dn. Carpz. lib. 1. Jurisprudent. Conſiſt. tit. 11. def. 180. n. 5. & ſeq.* Id quod etiamnum obtinet, atque ita Scabinos Lipſi-
enſes pronunciaſſe: Wo euer Vater Seel. euren Bericht nach ein
Prieſter und Diener göttliches Wortes geweſen; So haben ſeine
nechſte Schwertmagen nach ſeinem Tode kein Heergewette zufor-
dern. aſſerit *Volckman. d. n. 5.* Tantum de Transmittentibus.
Progrediendum nunc ad acquirentes Heergewettam.

*Sectio Secunda.*

UT autem alias in Succeſſionibus ab inteſtato hæredes do-
meſtici ſive Deſcendentes, omni agnationis, emancipatio-
nis ac ſexus differentia per Juſtinianeam *Novell. 118.* remotâ,
merito optimo primum locum obtinent, *§. 1. & 2. Inſt. de hæred.
quæ ab inteſt. Leopold. Hakelman. diſp. 18. th. 2. Helfr. Ulr. Hunnius.
ad Inſt. diſp. 12. th. 5. & ſeqq. Lud. Fachſ. diff. 21.* vocati ad eum na-
turali quadam ratione ac communi parentum voto, *l. cum ratio.
7. pr. ff. de bon. damnat. l. nihil intereſt. 50. §. 2. ff. de bon. libert. l. 7.
§. fin. ff. ſi tab. teſtam. nullæ ext. l. de emancipatis. 13. §. 2. C. de legit.
hæred. Joh. Köppen. Senior. Conſil. 1. n. 45.* adeò ut vivente etiam-
num patre domini qvodammodo paternorum bonorum di-
cantur, *§. ſui autem. 2. Inſt. de hæred. qualit. & differ. l. ult. ff. de
bon. damnat. l. in ſuis. 11. ff. de lib. & poſthum. Coler. p. 1. deciſ. 33. n.
25. Köppen. Jun. Decad. 2. quæſt. Enucleat. 5. num. 6.* ac omnes tum

aſcen-

aſcendentes tum collaterales conſanguineos alios excludant. *Schurer. de ſucceß. ab inteſt. Tit. 8. ampliat. 6. pag. 64. Schneidvv. d. tit. Rubr. de primo ord. ſucceed. n. 1. Dn. Richter. de ſucceß. ab inteſt. Sect. 1. membr. 1. n. 1. & ſeq.* Sic & in ſucceſſione Heergewettæ lubentes iisdem primam cauſam deferimus, obſervata tamen Sexus diſcrepantiâ. *Hakelman. d. th. 2. lit. D.* Quemadmodum enim Jure Feudali tam communi quam Saxonico deſcendentium hæredum ſive liberorum appellatione ſoli filii, eorumque nepotes & cæteri per lineam maſculinam perpetuo ordine ſe invicem tangentes; non autem filiæ aut ex filiabus nepotes neptesve comprehenduntur: *Georg. Schulz. in Synopſ. Inſt. de primo ord. ſucceed. lit. B. pag. 192. Helfr. Ulr. Hunnius. diſſ. Feud. 7. th. 1. & ſeqq. Hakelman. d. diſſ. 18. th. 8. lit. C. Andr. Gail. lib. 2. obſ. 159. n. 1. Andr. Fachin. p. 1. Controverſ. jur. lib. 4. cap. 21. Schurer. d. Tr. tit. 9. §. in uſu ſive jure Feudali. pag. 95.* Ita & hic uſu venit. Namque cum Res Expeditoriæ ſint introductæ ad exemplum Utenſilium; *Berlich. p. 3. concluſ. 17. n. 24.* Hæc autem à ſolis fœminis relicta hautquaquam ad maſculos, ſed ad fœminas & quidem eas tantummodo, quæ defunctæ mulieri per lineam fœmininam ſunt conjunctæ, transferantur, cæteris ex linea maſculina deſcendentibus & maribus univerſis (excepto filio Clerico, qui vel ſolus vel cum ſororibus æqualiter in Geradâ maternâ ſuccedit. Landrecht. *lib. 1 art. 5. §.* der Pfaff nimmt gleichen theil) usque eo excluſis, ut etiam, ſi fœminæ, mulieri præmortuæ dicto modo connexæ, nullæ extent, bona hæc ad Fiſcum potius devolvantur: adeoque in eorundem ſucceſſione nulla prorſus ducatur Agnationis ratio, ſed eâ penitus ſublatâ cognatio ſolum in conſiderationem veniat *per text. expreß. in art. 27. lib. 1.* Landrecht. *verb.* ein iedlich Weib. *Gl. in* Weichbild. *art. 23.* Rotſchütz. *de Dotalit. art. 14. n. 1. & 6. Matth. Coler. p. 1. deciſ. 12. n. 55. & deciſ. 42. n. 2. & de Proceß. Execut. p. 1. cap. 3. n. 257. Hartm. Piſtor. lib. 1. quæſt. 31. & ſeqq. Schneidvv. d. Tit. Rubr. de ſucceß. inter vir. & ux. n. 31. & 57.* Goldbeck. *d. Tr. cap. 9. n. 57. Magnif. Dn. Richter. d. membr. 1. n. 60. & ſeqq.* Sic res Heergewetticæ viciſſim ad ſolos maſculos per lineam maſculinam conjunctos tantum transmittuntur; conſimili planè modo ſexu ſequiore & ex eo

deſcendentibus tam maſculis quam fœmellis in tantum excluſis, ut res iſtæ deficientibus, qui demortuo ex linea maſculina junguntur, Fiſco illicò applicentur ac pari ratione non cognatio, ſed ſola agnatio conſideretur. Landrecht. *lib. 3. art. 15. ibi.* der ſol von Schwert halben darzu gebohren ſeyn. *& Gl.* Weichbild *art. 27. n. 2.* Rotſchütz. *d. Tr. art. 22. n. 13. & 19. & art. 23. n. 2. & 12. Coler. p. 1. deciſ. 203. n. 11. & d. cap. 3. n. 257. Matth. Berlich. p. 3. concluſ. 24. n. 5. Magnif. Dn. Carpz. p. 3. Conſt. 38. def. 23. n. 3. & ſeqq.* Suadente hoc parificatione rerum Expeditoriarum & Utenſilium. Quapropter ſolos filios hic nomine Deſcendentium agnoſcimus, eosque in infinitum ſive primi, ſive ſecundi, ſive ulterioris ſint gradus, ad perceptionem vocamus. Ex illis autem ſpeciebus, quas enumerat *Schneidvv. d. t. Rubr. de primo ord. ſucced. n. 5. & ad pr. Inſt. de adopt. n. 4* ſolum admittimus Legitimos & naturales ſimul, die ehelich gebohrne Söhne/ qui ſcilicet ex juſtis nuptiis ſive legitimo matrimonio provenerunt, *pr. Inſt. de patr. poteſt. l. filium. 6. ff. de his qui ſunt ſui, &c. Köppen. Decad. 1. quæſt. Enucleat. 7. n. 40.* Ita tamen, ut, ſi unicus tantum filius exiſtat, ille univerſam Heergewettam ſolus capiat: *Coler. d. deciſ. 203. n. 14.* Sin duo, eandem in partes æquales dividat ſenior, aut eo refragante judex; junior autem eligat: Rotſchütz. *d. art. 23. n. 7. & 8.* Sin autem plures, ſinguli ſuccedant in eadem per ſortem pro numero capitum diſpertitâ æqualiter, excepto ſolo gladio, quem Senior perpetuo præcipuum habet *per Text. §. fin. art. 22. lib. 1.* Landrecht. *ibi.* der Elteſte nimmt das Schwert zuvor. *& Text. art. 26.* Weichbild. *in fine.* Rotſchütz. *d. art. 22. n. 8. & art. 23. n. 4. Zobel part. 2. differ. 11. n. 1. Coler. d. deciſ. 203. n. 12. & 13. & p. 2. deciſ. 262. n. 1. & 5. Dn. Carpz. p. 3. Conſt. 38. def. 31. n. 1. & ſeqq. Dn. Richter. d. Tr. ſect. 3. membr. 1. n. 108. pag. 313.* In recompenſationem ſcilicet laborum, quod in bellis obeundis onus militiæ præcipuè ſuſtineat, *Dn. Carpz. d. l. n. 3.* ac minorennium fratrum tutelam ſubire neceſſe habeat, *Gl. ad art. 23. lib. 1.* Landrecht. cum nemo operas ſuas gratis locare teneatur. Rotſchütz. *d. art. 22. n. 20. & art. 23. n. 5.* Idemque in filiis etiam Carnificum procedere, JurisConſulti Helmſtadienſes M. Jul. 1642. M. R. zu Weiſſenfels reſponderunt: daß dem Sohn von den hinterlaſſenen Richtſchwertern

tern nicht mehr als eines/ und zwar das beſte/ zum Heergeräthe gehöhre. &c. *Magnif. Dn. Richter. d. Tr. ſect. 1. membr. 1. n. 56. pag. 134.* Baltheus tamen, das Wehrengehenck/ illi non eſt accenſendus per ea, quæ tradit *Dn. Carpz. lib. 1. tit. 9. Reſp. 96. n. 13.* Et prædictæ aſſertioni non officit *textus in pr. art. 23. lib. 1.* Landrecht. *ubi.* Wo die Söhne binnen ihren Jahren ſind/ ihr elteſter ebenbürtiger Schwertmage nimmt das Heergewette alles zu ſich. quippe qui de caſu exiſtentium liberorum defuncti adhuc impuberum loquitur; quorum Senior, cum legitimus alias ſit tutor, *pr. & §. 1. Inſt. de legit. agnat. tut. Schneidvv. ibid. n. 12.* Rotſchütz. *d. Tr. art. 29. n. 31.* res Expeditorias interea ad ſe non jure dominii, ſed cuſtodiæ ſaltem cauſa transfert, reſtiturus easdem pupillis, quando ad annos majorennitatis pervenerint, *Matth. Coler. de Proceß. Exec. p. 1. cap. 3. n. 257.* Dictum verò modum obſervari dicimus, ſi filii primi gradus ſolum exiſtant. Si etenim Nepotes vel alios Deſcendentes ſimul concurrere contingat, tunc in infinitum cum filiis in ſtirpes admittuntur, *§. cum filius. 6. Inſt. de hered. quæ ab inteſt.* Landrecht. *lib. 1. art. 5. in pr. Schneidvv. d. tit. Rubr. de ſucceß. fil. natur. & leg. n. 12. Dn. Richter. d. membr. 1. n. 102.* eamque partem, quam parens prædefunctus alioqui, ſi ſupervixiſſet, nactus eſſet, conſequuntur. Landrecht. *d. art. 5.* Goldbeck. *d. cap. 5. Tit. de ſucceß. cognat. deſcend. n. 2.* adeò ut jure repræſentationis gladium quoque eos habere præcipuum teſtetur *Magnif. Dn. Carpz. d. Conſt. 38. def. 36. n. 4.* Legitimis hiſce & naturalibus ſimul non immeritò connumeramus Legitimatos & quidem per ſubſecutum matrimonium, die geehligten Söhne/ qui à quibusdam Mantelkinder appellantur. Cum enim iſti pro veris, juſtis ac legitimis liberis omninò habeantur, nec quicquam ab iis, qui ex juſto matrimonio ſunt procreati, differre cenſeantur, ac perinde atque illi, ſive ſint ſoli, ſive cum iis concurrant, in Feudis etiam ſuccedere queant; *§. 2. verſ. nec non eos. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. Schneidvv. ibid. Rubr. de ſucceß. fil. legit. & nat. n. 9. & ſeqq. Hakelman. d. diſp. 18. th. 11. Philip. Matthæi. diſp. 17. th. 33. & 36. Fachin. p. 1. Controverſ. jur. lib. 4. cap. 54. & p. 2. lib. 10. cap. 71. Gail. lib. 2. obſ. 141. Georg. Beati. d. p. 2. tit. 12. cap. 6. 8. & 9. & tit. 15. cap. 27. & ſeqq. Forſter. de ſucceß. lib. 6. cap. 28. n. 1. & cap. 29. n. 11.* vi

 ſcili-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39670-p0013-6

ſcilicet matrimonii, quod omnia priora vitia tollit & purgat, *c. Tanta. extr. qui filii ſint legit.* non videmus, quâ ratione hinc commodè excludi poſſint. Secus ſe res habet cum legitimatis per Reſcriptum Principis aut cujusvis alius, cui poteſtas illa à Principe fuit conceſſa; quos, cum Naturalibus & legitimis extantibus nec jus vere legitimorum habeant, *Fachin. p. 1. lib. 6. c. 1.* nec Patri, multo minus conſanguineis paternis reliquis ſuccedant, *Schneidvv. d. n. 9. Magnif. Dn. Richter. d. ſect. 1. membr. 2. n. 11.* nec ad Feuda regulariter admittantur, *Gail. lib. 2. obſ. 140. n. 8. Schurer. tit. 9. §. 7. pag. 113. Dn. Richter. d. l. n. 12.* penitus excluſos volumus perinde atque Spirituales, Adoptivos, Naturales, Spurios, ex coitu damnato natos & cæteros, quocunque nomine etiam indigitentur, illegitimos in infinitum omnes. Quibus aſſociandum putamus filium Clericum, non quidem ob natales illegitimos, ſed aſſumptæ raſuræ ac benedictionis Sacerdotalis cauſa. Quandoquidem enim Heergewettam percepturi ad minimum de Statu ſeculari eſſe debent; Clerici autem nullas res Expeditorias ad agnatos transmittant, ſed id omne hæreditariū cenſeatur, quicquid etiam poſt obitum relinquant; Landrecht. *lib. 1. art. 5.* ideoque nec capaces iſtarum rerum exiſtimantur. *Dn. Carpz. lib. 1. Juriſprud. Conſiſt. tit. 11. def. 180. n. 7.* Eamque ob cauſam à JCtis Lipſienſibus pronunciatum: daß ihr als ein Prieſter / nach Verordnung Sächſ. Rechte / euers verſtorbenen Bruders Heergeräthe zunehmen nicht befugt. teſtatur *Volckman. p. 4. cap 27. n. 7.* Propter rationem tamen, quam affert *Gl. ad art. 57.* Weichbild / *& Gl. ad d. art. 5. lib. 1.* Landrecht, admittuntur ad Geradam, eamque maternam ſolum. *d. art. 5.* §. der Pfaff nimmt gleichen Theil. *ibique Gl. lit. L.* Rotſchitz. *d. Tr. art. 14. n. 13. & ſeqq. Georg. Beati. p. 2. tit. 13. cap. 5. 9. & 11. Volckman. p. 4. cap 21. n. 5. & ſeq. Magnif. Dn. Richter. d. ſect. 1. membr. 1. n. 84 Dn. Carpz. p. 3 Conſt. 38. def. 38 & 39.* Id quod etiamnum hodie, quicquid in contrarium ſtatuat *Matth. Berlich. p 3. concluſ. 39. n. 69.* ad noſtros quoq; Sacerdotes ac Miniſtros Eccleſiæ Evangelicos extendendum, qui, cum pariter incapaces Heergewettæ habeantur, ad Geradam maternam nihilominus admittuntur. Goldbeck. *d. cap. 5. Tit. de ſucceß. cognat. deſcend. n. 17. Dn. Richter. d. l. n. 85. pag. 174.* Notare hîc libet, quod etiamſi

iamſi dictæ res Heergewetticæ non hæreditariò, ſed familiæ ratione atque ex ſpeciali Juris Saxonici diſpoſitione deferantur, & Agnatis, licet defuncto in reliquis bonis non exiſtant hæredes, cedant, nihil tamen obſtet, quo minus Filiis una cum cæteris ex defuncti parentis ſubſtantia acquiſitis bonis in Legitimam imputari debeant. *Andr. Rauchbar. p. 2. quæſt. 17. n. 28. Berlich. p. 3. concl. 17. n. 23. & 24. Dn. Carpz. p. 3. Conſt. 11. def. 9. n. 5.* Cum enim Filiabus Gerada in legitimam maternam imputetur; *Auguſti Elect. Conſt. 11 p. 3. ibique Dan. Moller. n. 6. Rauchbar. d. quæſt. 17. n. 23. & ſeq. Weſenb. in notis ad Schneidvv. §. ſed hæc ita. 3. Inſt. de inoff. teſtam. n. 8. lit. E. Berlich. d. concluſ. 17. n. 10. & ſeqq.* Non eſt, unde filii pinguiore jure gaudere queant, cum quod de uno horum ſtatuitur, alteri quoque tribui neceſſe habeatur. *Schneidvv. §. ſed non usque 3. n. 6. Inſt. de legat.* Quibus etiam JCtos Wittebergenſes ſubſcripſiſſe & M. Octobri. 1618. ad requiſit. M. S. daß das Heergewette/ gleich der Gerade/ in die legitimam billich gerechnet werde/ reſpondiſſe teſtatur *Matth. Berlich. d. concl. 17. n. 23.*

*Sectio Tertia.*

DEficiente omni in univerſum Deſcendentium ſerie, Aſcendentes ſe offerunt, quos ratio commiſerationis, ut ſcilicet aliquod propter amiſſos liberos habeant ſolamen, admittendos ſuadet. *l. ſcripto. 7. ff. ſi tab. nullæ teſtam. ext. l. 15. pr. ff. de inoff. teſt. l. ult. C. commun. de ſucceſſ. Schneidvv. ad Tit. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. Rubr. de ſecundo ord. ſucced. n. 2. Hakelman. d. diſp. 18. th. 35. lit. A. Schurer. d. Tr. tit. 10. in pr. Magnif. Dn. Carpz. p. 3. Conſt. 17. def. 8. n. 4.* Quantumvis autem non neſciamus, Aſcendentium ſive Parentum nomine tam patrem quam matrem ac cœteros utriusque ſexus majores intelligi *per l. quique. 4. §. 2. ff. de in jus voc. l. appellatione. 51. ff. de V. S. Schulz in Synopſ. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. Rubr. de ſecundo ord. ſucced. pag. 222.* Patrem tamen avumque paternum & reliquos recta ſerie in infinitum uſque ſe tangentes maſculos, Aſcendentium appellatione ſolummodo dignari; matrem verò non ſecus atque olim tam jure Civili, *§. 3. verſ. pater verò. Inſt. de SCto Tertyll. l. ſive ingenua. 2. § 15. ff. eod. l. in ſucceſſione. 2. C. eod.* quam Saxonico, Landrecht/ *lib. 1. art. 17. ibi:* ſein Vater nimmt ſein Erbe. *Schurer. tit. 11. §. jus Saxonum n. 3. pag. 177. Schneidvv. d. Rubr. n. 8. & 10.*

*Matth.*

*Matth. Berlich. p. 3. concluſ. 23. n. 1. & 2.* ab hac ſucceſſione etiam procul faceſſere jubet ſpecialis diſpoſitio juris, quæ agnationem ſexumque potiorem tantum in conſiderationem trahit. Cum verò Pater & filius pro Correlativis, quorum eadem eſſe ſolet natura, habeantur, ac exinde tot parentum, quot filiorum, ſpecies inveniantur, *Schneidvv. d. Rubr. n. 6.* ea propter pari modo ſolùm Patrem naturalem & ſimul legitimum, quemque juſtæ nuptiæ nobis demonſtrant, *arg pr. & § fin. Inſt. de patr. poteſt. § ſi adverſus. 12. Inſt. de nupt. l. quia ſemper. 5. ff. de in jus voc.* aut illo jam tum reb9 humanis exempto avum paternum ad ſucceſſionem Heergewettæ, fratribus ac Collateralibus agnatis omnibus ac ſingulis excluſis, *arg. text. d. art. 17. lib. 1.* Landrecht. *Sentent. poſt* Weichbild. *Tit.* Groß Eltern ſind näher Erbe zunehmen den Schweſtern und Brüder. *Schneidvv. d. Rubr. n 34. & 35. Dn. Richter. d. Tr. ſect. 2. memb. 1. n. 23. Dn. Carpz. p. 3. Conſt. 17. def. 6. n 2.* vocamus. Parentes tamen filiorum per ſubſecutum matrimonium legitimatorum quo minus eodem jure, quo illi in bonis paternis alias potiuntur, *arg. l. penult. C. de legit. hæred.* viciſſim utantur, nulli obſtamus. Cæteros autem, quocunque etiam nomine appellandi veniant, cum alioquin ad illegitimos liberos ab inteſtato nec bona hæreditaria, neque Heergewettam transmittant, ac ſucceſſionum jura hoc in caſu nihilominus reciproca eſſe debeant, penitus remotos exeſſe jubemus.

## *Sectio Quarta.*

DEfectum tandem Aſcendentium ſupplemus ſucceſſione Transverſalium ſive Collateralium. *Novell. 118. c. 3. Schneidvv. d. tit. Rubr. de tert. ord. ſucced. n. 1. Philipp. Matthæi. d. diſp. 17. th 84. & 87. Hakelman. d. diſp. 18. th. 17. lit. A. Berlich. p. 3. Concluſ. 24. n. 84. & ſeqq.* Licet autem eorum nomine cœteroqui non fratres & ſorores, ex iisque prognati ſolum, ſed verò omnes ex latere ſive transverſo cognati & ſanguine juncti, cujuscunque etiam gradus ac ſexus ſint, indigitentur; *Schulz. d. tit. Rubr. de tert. ord. ſucced. pag. 230.* Solos tamen agnatos vel legitimos & ſanguine ex juſtis nuptiis proveniente nobis connexos, *l. inteſtati. 1. § conſanguineos 10. ff. de ſuis & legit.* vel per matrimonium ſubſecutum legitimatos, *Schneidvv. d. Rubr. n. 5.* procul per diſpoſitionem *textus*

*art.*

*art.15.lib.3.* Landrecht. remotâ cognatione ac muliebri ſexu, hic non ſecus atque de jure Feudali, *Schulz. d. Rubr. lit. B. pag. 230. Hartm. Piſtor. lib. 2. quæſt. 43. n. 13. Matth. Coler. p. 1. deciſ. 49. n. 3.* agnoſcimus, ac proinde, cum matris conjunctio nihil patrocinetur, neque duplicitas vinculi quicquam ſuffragetur, *Lud. Fachſ. diff. 26. Reinhard. p. 1. diff. 33. Hartm. Piſtor. lib. 1. quæſt 33. n. 22. & ſeqq. Coler. p. 2. deciſ. 262. n. 1. & 2. Dn. Richter. d. Tr. ſect. 3. membr 1. n. 110. & membr. 4. n, 21. Dn. Carpz. p. 2. Conſt. 14. def. 57. n. 3. & p. 3. Conſt. 38. def. 37. n. 2. & ſeqq.* eosdem indiſtinctim, ſive ſint ἀμφιθαλεῖς, h. e. utrinque conjuncti, von beyden Banden oder voller Geburt/ ſive ἑτεροθαλεῖς ac ex uno latere connexi, tummodo ὁμοπάτριοι & αὐθόμαιμοι exiſtant, (ὁμογάστορες enim & uterini ſaltem hic plane rejiciuntur. *Dn. Richter. d. membr. 1. n 110. pag. 315.*) ad dictam Expeditoriarum ſucceſſionem admittimus. Nam cum Expeditoriæ & Utenſilia quadam juris æqualitate mutuò ſibi reſpondeant, *Gl. ad d. art. 15. lib. 3.* Landrecht. Goldbeck. *d. cap. 5. Tit. de ſucceſſ. cognat. Transverſ. n. 23. Coler. d. cap. 3. n 257. Dan. Moller. lib. 2. ſemeſtr. cap. 5. Magnif. Dn. Carpz. d. Conſt. 38. def. 37. n. 1.* adeò ut argumentum ab Expeditoriis ad Geradam & contra admodum frequens & probabile deſumatur; Goldbeck. *d. tit. n. 49. Berlich. p. 3. concluſ. 17. n. 23.* In perceptione autem Geradæ, quæ, uti dictum, ad ſolas fœminas transmittitur, uterina æquo jure cum utrinque conjunctis ſororibus ſuccedat, ac tum Sorori conſanguineæ, tum etiam utrinq; connexarum filiabus viam intercludat: Goldbeck. *d. l. n. 17. & ſeqq. Hartm. Piſtor. d. l. n. 28. Schurer. d. Tr. tit. 13 §. de jure Sax. n. 2. verſ. ſic etiam in Utenſilibus. pag. 221. Dn. Richter. d. ſect. 3. membr. 1. n. 116* Inſuperq; clari juris exiſtat, quod in iis ſucceſſionum caſibus, qui ſolam agnationem conſideratam volunt, frater ex latere Patris tantum ſimul cum fratribus utrinque conjunctis ſuccedat. *Köppen. d. conſil. 1. n. 63.* Merito fratrem conſanguineum admittendum putamus, ita quidem, ut ſi ſenior exiſtat, etiam gladium ob rationes ſuperius adductas præcipuum capiat, *Matth. Coler. d. cap. 3 n. 257.* in reliquis verò cum Germanis jure gaudeat æquali, *Jacob. Schultes. in addit. ad* Rotſchütz. *d. art. 23. n. 15.* imò ſuum quoque ex fratre utrinque conjuncto nepotem penitus excludat, Goldbeck. *d. l. n. 22.* quandoquidem jus repræſentationis aliàs etiam de jure Saxonico *per text.* Landrecht. *lib. 1. art 3. ſub fin.* in collateralibus planè ceſſare dicatur, *Köppen. d.*



*Conſil.*

*Conſil.1.n.18.Schneidvv.d Rubr.n.15.Schurer.d.n.2.verſ.nam jus repræſentationis.pag.220.Dn. Richter.d.Tr.ſect.1.membr.1.n.150.* ac ea propter, quo propinquior quis ſit defuncto agnatus, eo proximior hæres illius exiſtat. *Schurer.d.Tr.tit 7.reg.gen.2.pag.42.* Illi tamen, qui in pari proximitatis gradu ſunt conſtituti, ſimul pariter ſuccedunt. Landrecht. *lib.1 art.17.ibi.* wenn ſich aber ein Erbe. *Schurer.d tit.7.reg.gen.3 Schneidvv.d.l.n 14* Rotſchütz. *d.Tr.art 14.n.7. Magnif.Dn. Richter.d.ſect.3.membr.4.n.6.* Cum eadem eorundem debeat eſſe conditio. *Coler.p.1.deciſ.61 n.42.* Ad quem uſque gradum autem ſucceſſio Transverſalium extendi debeat, inter Dd. non convenit. Et quamvis de jure communi, *§.ult.Inſt.de ſucceß.cognat.* eumque ſecuti decimum præfigant, *Schurer.tit.12.reg ſpec 3.pag.182.* Jus vero Saxonicum ſeptimum ſaltem ſtatuat, Landrecht. *lib.1.art.3.verb.* die Sipp endet ſich im ſiebenden Glied. ac hoc ipſum ſibi invicem haut contrariari aſſertum eat *Schneidvv d.l.n.38.& 39.* Eidem autem contrarius *Schurer.tit.13.§.de jure Sax.n.1.verſ conſtat igitur.pag.219.* hanc conciliationem graduum haut procedere poſſe dicat, ac ſequenti *tit.18.§.de jure Sax.n.2.verſ.ſi nullus adeſt.pag.303.* ſtatuat, ſeptimum gradum in ſucceſſione Expeditoriarum non eſſe excedendum; Nos nihilominus, quandoquidem Heergewetta non hæreditariò ſed agnationis ſingulari jure & in familiæ honorem defertur, in longiſſimo etiam gradu conſtitutos, *arg.§.cæterum.3 Inſt.de legit.agnat.ſucceß.l.2.§.agnati.1 ff de ſuis & legit.hæred.* imò in infinitum omnes, tummodo agnationem & propinquitatem ſuam ſufficienter probare queant, admittendos exiſtimamus. *Weſenb.in not.ad Schneidvv.d.n.39.lit.O.Hakelman.d.diſp.18.th.19.lit E.& F.Helfr.Ulr. Hunn.ad Inſt.diſp 12.th.24.Schulz.d.tit.Rubr.de ſucceß Transverſ.natur.& leg.§.denique quando.lit.L.pag.233.& 249.* Et quod ita *ſecundum text.* Landrecht. *lib.1.art.19.* Lipſienſes pronunciarint, vel invitus fatetur *Schurer.d.tit.13.§.de jure Sax.n.1.in fine.* Enumeratis autem hiſce & κατ᾽ ἀγχιστείαν ſive proximitatis ac ſanguinis jure ad ſucceſſionem admittendis ordinibus poſt trigeſimum ſtatim à morte defuncti exhibenda eſt Heergewetta, ex ſtatuto tamen ac conſuetudine iſtius loci, ubi domicilium ſuum fixerat, non autem ubi deceſſerat demortuus, *Coler.p.1.deciſ.60.n.53.Magnif.Dn.Richter.d.Tr.in proœm.n.19.* nec abſque rationabili cauſa deneganda ejus præſtatio.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39670-p0018-4

ſtatio. Si enim vidua vel hæredes ob id in judicio conveniantur, procul dubio contumaciam multâ arbitrariâ luere cogentur, Landrecht. *lib.3.art 15* § wer Heergewette. *ibi.* er muß gewette und Buſſe geben. Rotſchütz. *d.art.23.n.11.* non ſecus atque Agnatus, qui Heergewettam propria autoritate ante diem trigeſimum apprehendit. *Coler p.1.deciſ.155.n.4. Magnif.Dn.Carpz.p.3.Conſt.38.def.33. n.11.* Cum hæredes ante illud tempus moleſtia affici hautquaquam debeant. Rotſchütz. *d.Tr.art.15.n.1. & art.26.n.73. Reinhard.p.1.differ 43. Dn. Carpz.p.2.Conſt.3.def.12.n.2.*

*Sectio Quinta.*

CUm hic, non ſecus ac in Feudis, *Schulz.d.tit.Rubr.de ſucceſſ.conjug.lit.A.* nulla ſit obſervanda ac concedenda Succeſſio uxoris, quæ alias ex edicto *l.un.C.unde vir.& ux.* admittenda eſt. *Schurer. d. Tr. tit.15.in pr. & ampliat.2.* Subſequitur tandem Succeſſio odioſa Fiſci, *Hartm.Piſtor.lib.1.quæſt.42.n.34.* ſive Magiſtratus, qui legitimis hæredibus in univerſum deficientibus admittitur, *Hakelman.d.diſſ. 18.th.fin.lit.C. Philipp.Matthæi.d.diſſ.17.th.116.lit.B & C.* Cæterisque nulla lege ad hæreditatem capeſſendam vocatis præfertur. *Hartm. Piſtor.d quæſt.42.n.26.* Ille autem, ut alias vacantia & legitimo poſſeſſore deſtituta bona, *l.ſcire debet.1.l.vacantia.4.C.de bon.vacant.l. affinitatis.7.C.commun.de ſucceſſ.Lud.Fachſ.diff.35.Chriſtoph Zobel.p.2. diff.7.n.1. Dn.Richter.d Tr.ſect.5.n.8. & ſeq.* Ita & res Expeditorias nullis exiſtentibus agnatis occupat *per text.art.28.lib.1.* Landrecht. *verb.* was ſolches Dings erbloß ſtierbet/ als Heergeräthe/ daß ſoll man antworten dem Richter. Weichbild. *art.59.ibique Gl n 6. Auguſtus Elector p.3.Conſt.38.* §. do aber keine Erben. Rotſchütz. *de dotal.art.23.n.13. Volckman.p.4.cap.27.n.17.& 18.Andr.Rauchbar.p.2.quæſt.19.n.2.& ſeq. Matth.Berlich.p.3.concluſ.51.n.38.& 39.Dn.Richter d.Tr.ſect 3.membr. 1.n.112.Dn.Carpz.p.3.Conſt.38.def.21.n.4.& p.3.Prax.Crim quæſt.109.n. 70.* perinde ut Geradam quoque Cognatis deficientibus. Rotſchütz. *d.Tr.art.15.n.3.& Schultes in addit.ibid.n.5.* Goldbeck *d.cap.5.Tit.de tert.ord.ſucced.n.1.& ſeqq. Schneidvv.d tit.Rubr.de ſucceſſ.Fiſci.n.17. Dn.Carpz p.3.Conſt 30.def.13.n.9.* Et hoc jure etiam Statutario obtinet, prout teſtatur jus Weichbildi Cizenſe, *d.art.27.verb.* So ſoll dem Rath in gemeinen Beutel. & Dreſdenſe, *d.cap.8.§.3.verſ.* So offt derhalben. *ibi.* So fället es dem Rath anheim. &c. De Magiſtratu ta-

men ſive judice merum Imperium ſive ſupremam Jurisdictionem, non verò hæreditariam ſive Baſſam ſolum obtinente illud intelligendum venit, *Gl.Lat. ad d. art.28. lib.1.* Landrecht. *lit.B.* Rotſchütz. *d. art.15.n.6. Schneidvv.d.n.17. Dn.Carpz.d. quæſt.109. n.71.* qui ex earundem lucro patibula, numellas, cataſtas & id genus alia ad emendandos maleficos in judiciis neceſſaria inſtrumenta parare tenetur. *Gl.Lat.ad d.art.28 lit.B.& Gl.ad art.59.* Weichbild. *n.4. Zobel.p.2. diff.7.n.2.* Goldbeck. *d.tit.n.9.* Rotſchütz. *d.l n.7. Dan.Moller.p.3.Conſt.38. n.9.* Ex quo ſequitur Judices Paganos die Dorff Schultheiß Expeditorias vacantes ſibi acquirere non poſſe. *vid.Gl.* Weichbild. *art.59. n.4.* Memoratu tamen dignum, in Ducatu Brunſvicenſi locisque vicinis hoc in caſu olim receptum fuiſſe, quod ejusmodi judices equum vel bovem defuncti abſtulerint; Paſtores verò gallum gallinaceum, den Haußhahn/ & Æditui farcimen, eine Bratwurſt. *Magnif. Dn. Richter. d. Tr. ſect.5. n.34. pag.498.* Quamvis autem ſuperius allegata verba *art. 28. lib. 1.* Landrecht. generalia videantur; ultra Heergewettas tamen Plebejorum extendenda non ſunt. *Zobel. in addit. ad d. art.28.* Si enim Miles ſive Nobilis Vaſallus nullo Agnato relicto vitâ excedat, ad Feudorum, quæ vivus poſſederat, Dominos eosdem transmittit. Quorum quilibet, quod in ſuo Feudo offendit, conſequitur. *Zobel. d.l. Schultes in addit. ad* Rotſchütz. *art.23. n.6.& 13. Schurer. tit.18. §. De jure Feud. verſ. ſic etiam de jure. pag.300. Matth.Coler.p.1. deciſ.72. n 11.& 12.* Fiſcus ſive Magiſtratus tamen ab Ærario Eccleſiaſtico nonnunquam excluditur. Id quod obſervatur in oppido Crimmitzſchau/ ubi Eccleſia ex conventione ſingulari, A. C. 1597. coram Commiſſariis Electoralibus Saxonicis initâ, jus ſuccedendi in Geradâ & Heergewettâ, ſi forſan agnati cognatæque deficiant, acquiſivit. *Magnif. Dn. Carpz. p.1. deciſ.2. n.25.*

## CAPUT TERTIUM.

SOlam atque unicam Agnationis proximitatem cauſam percipiendi Res Expeditorias legitimam præbere, ex præmiſſis abunde ſatis apparebit. Reſtat ut deinceps, quando Agnatus iisdem vel ex parte ſaltem potiatur, vel in totum privetur, paucis ſubjiciamus. Idipſum verò contingit. I. Si ipſe defunctus res quasdam ad Heergewettam ratione Statutorum domicilii ſui pertinentes in poſſeſſione nunquam habuerit. Tunc enim defectum nec Agnatus exi-

 gere

gere poteſt, nec vidua aut hæreditatis ſucceſſores reſarcire aut pecuniâ compenſare tenentur. *text. clarus.* Landrecht. *lib. 1. art. 22.* §. was aber das Weib. Rotſchütz. *d. art. 23. n. 1. Coler. p. 1. deciſ. 203. n. 9. Volckman. p. 4. cap. 27. n. 20.* Goldbeck. *d. cap. 5. Tit. de ſpec. quas ux. Gerad. n. 4. Magnif. Dn. Richter. d. Tr. ſect. 1. membr. 1. n. 57.* Si tamen legitimum Inventarium non confecerint, *Dn. Carpz. p. 3. Conſt. 38. def. 32. n. 4.* aut præſumatur eosdem quippiam furtim ſubtraxiſſe, fraudulenterq; occultaſſe, *Gl. Lat. ad d. art. 22. lib. 1.* Landrecht. §. was man aber. juramento ſe purgare coguntur. *d. art. 22.* §. was aber das Weib. *verb.* ob ſie ihre Unſchuld. Rotſchütz. *d. Tr. art. 22. n. 6. Coler. d. l. n. 10. Dn. Richter. ſect. 3. membr. 1. n. 111.* niſi per teſtes vel alio quovis modo innocentiam ſuam declarare poſſint. *Gl. Lat. ad d.* §. was man aber. Rotſchütz. *d. l. n. 7.* Cui etiam ſubſcribunt Statuta Patriæ meæ, quæ Tit. vom Heergewette. ita habent: was do nicht verhanden iſt / darff man nicht geben / und wo man daß nicht gläuben will / darvor müſſen ſie ſchwehren / daß ſolches nicht verhanden ſey / oder neulich geweſen / oder anworden / wo manns nicht verlaſſen will. &c. II. Si vel Defunctus ipſe, vel hæredes ipſo adhuc vivente, conſcio & volente easdem diſtraxerint atque vendiderint etiam pauciſſimis diebus ante obitum illius. Ubi pariter Agnatus, dummodo venditio non fuerit fraudulenter in illius præjudicium inſtituta, pretium inde redactum hautquaquam jure agnationis conſequitur, *Coler. d. deciſ. 203. n. 19. Georg. Beati. d. p. 2. tit. 12. cap. 2.* ſed reliquis utriusque ſexus hæredibus proximioribus indiſtinctim, ut alias pecunia numerata, cæteraque mobilia, defertur, *Gl. ad d. art. 22. lit. H.* Rotſchütz. *d. l. n. 9. Schurer. d. Tr. tit. 9.* §. *juris Sax. pag. 126. Volckman. d. cap. 27. n. 15. Dn. Carpz. p. 3. Conſt. 30. def. 14. n. 1. & 2.* perinde ut nec Cognata pecuniam ex Geradâ diſtractâ redactam acquirit. *Jacob. Schultes. in addit. ad* Rotſchütz. *art. 15. n. 13. Dan. Moller. lib. 2. ſemeſtr. cap. 6. n. 1. Matth. Berlich. p. 3. concluſ. 29. n. 99. & 100.* III. Si defunctus easdem gratis & ex merâ liberalitate in extraneum vel gradu ſaltem remotiorem agnatum tranſtulerit, id quod irrequiſito etiam proximioris conſenſu cuivis liberum. Veruntamen, ut Donatione inter vivos alienatio iſta inſtituatur, requiritur. Quanquam enim quilibet tam maſculus quam fœmina liberam de ſubſtantia & bonis ſuis diſponendi habeat facultatem ac poteſtatem; *l. habeat unusquisque. 1. C. de SS. Eccleſ.*

 Expe-

Expeditorias tamen per ultimum Elogium, aut per mortis cauſa donationem, utpote quæ illi propius quam actui inter vivos accedit, *l. ult. C. de donat. mort. cauſ. l. ult. C. de Codicill.* alicui invito cumprimis agnato, neutiquam conferre poterit, *arg. Conſt. Elect. Auguſt. 14. p. 2.* §. durch Teſtament. *Berlich. p. 2. concl. 16. n. 16. Dn. Richter. d. ſect. 3. membr. 1. n. 111. pag. 315.* perinde ut nec mulier Geradam, *d. Conſt. Elect. 14.* § durch Teſtament. *Andr. Rauchbar. p. 2 quæſt. 17. n. 5. & 33. Schneidvv. ad pr. Inſt. de donat. Rubr. de donat. mort. cauſ. n. 19. & ad pr. Inſt. de teſt. ordinand. n. 22. Dan. Moller. lib. 5. ſemeſtr. differ. 94. Jacob. Thoming. qu. 6. n. 6. Dn. Carpz. ad d. Conſt. Elect. 14. def. 1 n. 1. & diſſ. de donat. Geradæ Sax. cap. 1. n. 50. & ſeq.* Cum res illæ ex ſpeciali juris Saxonici proviſione reſtitutioni ſubjaceant, ac ea propter ex unanimi Dd. conſenſu hautquaquam in ultimis voluntatibus, *Berlich. d. concluſ. 16. n. 12. & 16.* benè tamen donatione inter vivos alienari queant. *Dn. Carpz. d. Conſt. 14. def. 4. n. 1.* Ubi parum refert, an vel in judicio vel extra illud perficiatur, *d. Conſt. Elect. 14.* tummodo obſerventur debitæ ſolennitates, de quibus *Volckman. p. 1. cap. 36. n. 19. & cap. 38. Berlich. d. l. n. 18. & ſeqq. Dn. Hahn. ad Weſenb. ff. de donat. inter vir. & ux. pag. 188. & ſeqq. Dn. Carpz. d. diſſ. cap. 3. & ſeqq.* fuſius agunt. IV. Si multum æris alieni adfuerit. Quanquam enim de Expeditoriis ac Utenſilibus, quæ absque ullo onere, *Coler. p. 1. deciſ. 60. n. 54. Dn. Richter. d. Tr. ſect. 1. membr. 1. n. 64.* & tanquam æs alienum debentur, *Rauchbar. d. quæſt. 17. n. 10.* alioqui debita hæreditaria regulariter non exſolvantur, Rotſchütz. *d. art. 23. n. 10. Volckman. p. 4. cap. 27. n. 22. Hartm. Piſtor. lib. 1. quæſt. 31. n. 6 Penſold. in addit. ad Coler. p. 2. deciſ. 286. n. 186. Dn. Carpz. p. 3. Conſt. 38. def. 41. n. 1.* Bonis tamen aliis, de quibus Creditoribus ſatisfieri poſſit, in hæreditate non exiſtentibus, vel ad liberationem non ſufficientibus, Expeditoriæ non minus atque Gerada diſtrahuntur, & pretio inde parato æs alienum luitur. *Hartm. Piſtor. d. quæſt. 31. n. fin. Penſold. n. 186. Andr. Rauchbar. d. quæſt. 17. n. 9. & 33. Volckman. d. n. 22. & n. 23. Berlich. p. 3. concluſ. 28. n. 64. & ſeqq. Dn. Richter. d. membr. 1. n. 65. Dn. Carpz. d. def. 41. n. 2. & 3.* per Conſtitutionem *ἀνέκδοτον* Electoris Auguſti. Tit. wann von der Gerade / Morgengabe / Mußtheil und Heergewette in ſubſidium des verſtorbenen Schulden bezahlet werden müſſen. quam verbotenus recenſitam vide apud *Berlich. d. concluſ. 28. n. 74.* V. Si debita nomine Expeditoriarum

con-

contracta reperiantur. Nam Agnatus, ſi Expeditorias auferre expetat, ſingula illa luere cogitur, etiamſi hæreditaria ſuperfuerint bona. *Berlich.d.l.n.76.Penſold.d.l.n.187.* Goldbeck. *d.Tr.cap.9.n.93. Dn. Carpz.d.Conſt.38.def.42.n.1.* Imò ſi quædam ad Heergewettam pertinentes ſpecies oppignoratæ fuerint, onere reluitionis etiam gravatur. *arg. text.* Landrecht. *lib.1.art.24.* §. was auch dieſes Dings alſo verſatzt wäre bey des Mannes Leibe/ daß löſe der ab/ dem es zu recht angehöhren ſol. *Hartm.Piſtor.d.quæſt.31.n.19.Volckman d.cap.27.n.16.Berlich.d.n.76.* Nefas namque habetur locupletari cum alterius damno, *l.jure naturæ.206 ff.de Reg.Jur.* Contra verò æquiſſimum eſt, ad eum ſpectare onus, ad quem pervenit commodum. *c.qui ſentit.55.de reg.Jur in 6to.l.ſecundum naturam.10.ff.eod.Penſold d.n.187.* VI. Si Agnatus delatas ſibi Expeditorias intra annum & diem Saxonicum petere ſuperſederit, & poſtea easdem poſcat. Tunc enim pariter non admittitur, nec auditur, *Coler.de Proceß.Exec.p.1.cap.3.n.260. Volckman.d.cap.27.n.12. Dn.Carpz.p.2.Conſt.3.def.12.n.1. Dn.Richter.d.ſect.1.membr.1.n.59.pag.136.* ſed perinde ut mulier in neglecta Gerada exceptione præſcriptionis præcluditur. *Schneidvv.ad* §. *28.Inſt.de Action.Rubr.de petit.hæred.n.82.Lud.Fachſ.diff.2.n.5.* Goldbeck. *d.cap 9.Tit.de præſcript.Geradæ.n.22.* Nec ſufficit easdem extra judicium petiiſſe, aut hæredibus illas exhibere recuſantibus apud Magiſtratum eſſe conqueſtum; ſed ut intra illud temporis ſpatium res per citationem in judicium deducatur, neceſſariò requiritur, *monente Dan. Moller.lib.2.ſemeſtr.cap.11.n.1.& 2.* ubi fatale illud non à mortis ſtatim puncto, ſed trigeſimo demum poſt obitum defuncti effluxo die initium ſumere, Landrecht. *lib.1.art.28.ibi.* So er es heiſchet nach dem Dreyſigſten. *& lib.3.art.15.*§ wer Heergewette/ *ibi.* nach dem Dreyſigſten. *Coler.d.cap.3.n.260.* & contra eum, qui per alicujus mortem delatas ſibi eſſe Expeditorias verè ignorat, *Gl.ad d.art.28.n.3.ibi.* mag es nochmahls binnen Jahr und Tag/ nach dem er es erfähret/ fordern. *Schneidvv.ad* §. *rurſus.5.Inſt.de action.n.36.Dn.Carpz.d.Conſt.3.def.13.n.2.* aut legitimis aliis impedimentis, quorum quædam *in d.art.28.*§. Es wäre dann. enumerantur, diſtrahitur, *Volckman.d.n.12.* Rotſchütz. *d.art.23.n.14.* hautquaquam currere notandum. VII. Si Magiſtratus jure Gabellarum ſive Detractionis, quod vulgò der Abzug oder Nachſteuer appellatur, in transferendis aliò Expeditoriis & aliis bonis utatur, *Rauchbar.p.1.quæſt.15.& p.2.quæſt.19.n.8.*

quod

QK Ve 1066

quod pluribus in locis ex ſtatuto vel ſpeciali conſuetudine etiam-num fieri contingit. *Schulz d. tit. Rubr. de ſucceß. Fiſci. lit. I pag. 290. Magnif. Dn. Richter. ad l. ult. C. de edicto D. Hadr. toll. n. 17. Dn. Carpz. p 3. Conſt. 38. def. 19. n. 2.* Prout obſervatum olim in Ducatu Brunſvicenſi ex Transactione Ducis Julii & Senatus Brunſvicenſis die Laurentii A. C. 1569. facta. §. Zum Achten. Dieweil. verſ. wenn iemand/ſo in frembder Herrſchafft geſeſſen/ eine Erbſchafft/ Heergewette oder Gerade aus dem Fürſtenthum hinweg ziehen oder fordern wolte / ſol derſelbe darvon den dritten Pfennig in den Gerichten laſſen/daraus ers fordert. Idem jus Magdeburgi viget inter Capitulum Eccleſiæ ArchiEpiſcopalis & Senatum Urbis veteris ex ſingulari conventione initâ Donnerſtags nach Cantate. A. 1575. ibi. Jedoch außgeſchloſſen Heergewette und Gerade/ darvon uns (dem DomCapitel) zehen Gülden von ieder Perſohn/ſo dero eines fordert/ſollen gegeben/ und darmit gleicher Geſtalt/und wie beym Rathe gehalten werden. *Dn. Richter. Tr. de ſucceß. ab inteſt. ſect. 5. n. 12. pag. 491.* VIII. Si Magiſtratus Agnati petentis Expeditorias ex locis Jurisdictioni ſuæ ſubjectis ad locum illum, ubi Defunctus habitaverat, nihil quicquam bonorum transferri patiatur, & Magiſtratus defuncti jus Retortionis ſive Talionis viciſſim exerceat. Cum enim hoc ſummâ nitatur æquitate, *l. hoc edictum. 1. ff. quod quisq; jur. in alt. l. 15. verſ. quia quod alium. ff. ſi ſervit. vind. Dn. Carpz. lib. 6. tit. 4. Reſp. 37. n. 1.* non immeritò etiam in Utenſilibus & Expeditoriis eidem locus eſt jamdudum conceſſus, *Elector Auguſt. p. 3. Conſt. 38.* § und iſt demnach nicht unbillich. *Schultes. in addit. ad* Rotſchütz. *d. art 23. n. 16. Volckman. d. cap. 27. n. 27. Berlich. p. 3. concl. 51. n. 23. Dn. Hahn. ad Weſenb. ff. quod quisq; jur. in alt. n. 3. verb. diligentiæ. pag. 281. p. 1. Dn. Richter. d. Tr. ſect. 1. membr. 1. n. 80. & ſeqq.* In tantum, ut ubivis ferè non ſolum contra exteras, ſed ipſas etiam Provinciarum Saxonicarum civitates præſenti tempore exerceatur, *Berlich. d. concl. 51. n. 15. & 16. Dn. Carpz. ad d. Conſt. 38. def. 3. n. 6. & 12.* & communiter in ſtatutis localibus, ne ſubditi ſine præſcitu Magiſtratuum hujusmodi res extra muros tradant, prohibitum conſtet. Prout patet ex Statutis Lipſienſibus, *Art. 20.* Auch ſoll niemand Erbe oder Heergeräthe aus der Stadt geben ohne des Raths willen. *Schneider. in Chron. Lipſ. lib. 5. pag. 243.* & Cizenſibus, *art. 28. ibi.* So ſoll kein Bürger Heergewette an die Ort / da man keine herein giebt/ noch folgen läſſet/ auch nicht reichen. & Dreſdenſibus. *d. cap. 8. §.* Ferner iſt zu wiſſen. 3. *verb.* das Heergeräthe wird niergend hingegeben / denn allein an die örter / von dannen es vor alters hieher gegeben worden, &c.

Hæc de Heergevvetta dixiſſe ſufficiant.

FINIS.

*Matth. Col* n judiciis ea-
tenus dun comproban-
tur, juris a cognitio ex u-
ſu magis, am ex verbis
ſcriptis ta *uæſt. 16. n. 11. &*
*lib. 2. quæſ* *n. in Comment.*
*ad Jus & p* *ag. 253.* ac pro-
inde de C diverſitate lo-
corum ab i quippiam in
medium p n de veritatis
firmitate ſ men nos ope-
ram haut c Æ ſive Rerum
Expeditor eo prorſus in-
cognitam : Heergewette.
*Matth. Be* uidem ingenii
tenuitas c uod etiam re-
motâ ulte , Supremum
Numen, pliciter vene-
rantes.

IN natales is quibusdam
origine a da, Morgen-
gaba, We legitur, ac a-
liàs ration Heergeräthe/
modo Hee e appellatur,
ut diutius i s. Ultrò ſi-
quidem oc notâ voculâ
Heer & Ge is alioqui de-
ducatur à v atque idem
quod multa *verbo:* Wet-
te. *pag. 518.* es etiam mi-
litares ſigni *g. ibi.* Darzu
ſein Gewette *rg. Beati. p. 2.*
*ſentent. miſc* imus, quod
Heergewett , quæ ad mi-
litem.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-39670-p0025-3